

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Instructio practica ...**

Institutiones Theologiæ Mysticæ, Seu Facilem & practicum modum  
Exercitia Spiritualia S.P. Ignatii Loyolae per octiduum faciendi - item  
triduanam recollectionem fructosè instituendi complectens, Et  
Sacerdotibus Præcipuè, aut de Sacerdotali Statu suscipiendo  
deliberantibus accomodata, Una cum ...

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1680**

Med. II. De indifferentia Religiosi vel Sacerdotis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48834](#)

Pro sexta Die.

M E D I T A T I O II.

D E INDIFFERENTIA RELIGIOSI  
VEL SACERDOTIS.

Scopus.

Sudium ejusdem Indifferentie.

Punctum I.

Considera I. Parabolam de Pastore, quam S. Joan. c. 10. traxerit: *Qui non intrat per ostium in ovile ovium, sed aenit aliunde, ille fur est, & latro; qui autem intrat per maximam partem est ovium. Huic ostiarius aperit, & oves vocem eius audiunt, & proprias oves vocat nominatim, & discit eas. Et cum proprias oves emiserit, ante eas vadit: Oves illum sequuntur, quia sciunt vocem eius. Alienum autem non sequuntur, sed fugiunt ab eo: quia non novant vocem alienorum.* Considera, inquam, quid Christus hanc parabolam indicare voluerit, nimirum illum, qui auctor boni officium implere cupit, ante omnia indifferentia esse debere ad quævis officia à superioribus designanda, neque ad aliud se intrudere debere, nisi quod ab illis obligatum sit; cum enim Christus sic ostium, per quod intrare debemus ad oves pascendas, & custodiendas, superiores auctoritatis Christi personam sustineant, meritò superiorum talium voluntas pro voluntate Christi, atque adeò pro ostio ad munere apostolicum agnoscendi debet.

Considera II. Si ad pascendas oves irrationales nemo factus admittitur, nisi qui ab ipso Domino ovium approbatus quanto magis in ovibus rationalibus pretiosissimo Christus languore empatis & redemptis custodiendis talis solicitude adhibenda, quamque adeò periculosum sit, se ultrò pro munere ingerere.

Considera III. Quomodo tu hactenus hac in parte te gessisti, aut gerente deinceps velis. Colloquium ad SS. PP.

Eccl. 2

Pun-

## Punctum II.

Considera I. Fructum, quem pastor iste patabolicus portavit ex eo, quod per ostium intraverit, nimis ut vocem ejus audiverunt. II. Eum secutæ sunt. III. Copiæ ei fructus pepererunt. IV. Laudem & mercedem congerunt à Domino suo reportavit.

Considera II. Quomodo hos ipsos etiam fructus spiritualis sperare possit, si non nisi per legitimam rationem Pastoris officium suscepit, uti experientia ipsa cum propria Apostolis, tum in alijs Apostolicis viris confirmat; in contrario vero qui non per ostium intrat, sicuti sursum, & inde dicente Christo Jo. 10. ita meritò etiam subtractione axiliorum divinorum, & ex horum defectu malum successum, &, quod consequens est, infamiam de se nas furiibus talibus convenientes incurrit. Unde P. R. far Alvarez dicere solitus erat: quæ stultitia est, enim te aliquid rectè facturum, ad quod te non promovet, aut ipsum non fore voti compotem, cùm aliquid invenit, etiam si media, quibus illud intendit, tibi alienum separata videantur.

Considera III. Quām optandi sint hi fructus aliqui Religioso vel Sacerdoti, quāmque adeò digni, proponeris per verum ostium ad oves educandas semper re. Colloquium ad B. V.

## Punctum III.

Considera I. Quid potissimum hactenus impedit minus ad omnia officia æqualiter indifferens es, amor proprius, quo nimis inordinate labores acrias in contrario vero sensuales & vanas delectationes appetit non appetitus honoris & laudis te impellebat, nuptio humilium officiorum tædio ad altiora magisque aspirares, viāmque tibi ad illa etiam illicitis sterneres?

Considera II. Quo medio hæc impedimenta removelis, videlicet, si consideres, id, quod in quovis vero Religioso aut Sacerdote queri, & appeti debet, lumen beneplacitum Dei; quid enim hoc fine præfatu-

ni poterit, quò minus æqualiter omnia officia de manu  
superiorum suscipias, & cum æquali alacritate ac diligentia  
ab aliis cura ministras?

Considera III. Quomodo haec tenus hoc medio usus sis,  
III. Cap. ut deinceps velis. Colloquium ad Christum. Vide Spi-  
em conjugam p. 2. med 135. fol. 343.

Legatur ex lib. 3. de imit. c. 11. & illa præcipue verba be-  
fructus habent perpendantur: desideria te sæpe accedunt, & vehemen-  
tiam vocis impellunt; sed considera, an propter honorem meum,  
quia ipsa unita propter commodum tuum magis movearis.

Pro sexta Die.

### M E D I T A T I O   III.

#### D E S E D U L A   A D M I N I S T R A T I O N E O F F I C I I .

Scopus.

*Accurata munera Administratio.*

#### Punctum I.

Considera I. Parabolam de Negotiatore querente bonas  
Margaritas, qui inventa unam bonam margaritam, abiit, & ven-  
dit omnia, quæ habuit, & emit eam. Matth. 13. Consid-  
era, inquam, quām meritò per hunc Negotiatorem intel-  
ligatur quivis Religiosus vel Sacerdos, qui non suam dun-  
nat, sed alienam etiam salutem procurandam suscepit, at-  
que adeò præciosas margaritas animarum quærere statuit.

Considera II. Quām pretiosæ sint hæ margaritæ, sive  
illæ in se species, sive pretium à Christo Negotiatore opti-  
mo pro illis oblatum attendas; sive SS. de talibus mar-  
garitis judicia consideres; nam S. Catharina Senensis, cùm  
animæ pulchritudinem vidisset, deinceps, quotiescum-  
que operarium Evangelicum transiuntem vidit, pedum ejus  
vestigia osculata est. S. Ignatius, si quando homines ipsi oc-  
current, considerans animarum à Christo redemptarum  
splendorem ac pretium, vix interdum lætitiae æstuantis viam,  
se extra effusus proderet, temperabat. S. Franc. Xav. cùm

E c 3

parvu-

parvulum quandam baptizatum ad cœlos transmisserit, si iudeus est, sufficiens sibi hoc præmium itineris in Indianos fidei pti fore, etiam si Deus nullum aliud addere statuerit.

Considera III. Qualem tu hactenus de margaritis habes estimationem habueris, aut certe deinceps habere velis. Colloquium ad SS. PP.

### Punctum II.

Considera I. Quomodo has margaritas parabolicas Negotiator obtinuerit, quod scilicet abierit, & vendit omnia, quæ habuit, & emerit eam.

Considera II. Quomodo hanc ipsam industriaem iherualis Negotiator adhibere possit, & debeat, si videlicet ipse omnes alias curas seponens totum le impedit officio suo, atque in eo rectè & fructuosè administrando omnem diligentiam atque conatum adhibeat, id quod S. Ignatius dicare voluit, cum dixit, finem Societatis esse, ut non a iheru saluti propriæ cum divina gratia quilibet vacet, sed in eadem gratia etiam in salutem proximorum procumbeat impensè incumbat,

Considera III. Quomodo tu hactenus hanc industriaem adhibueris, & deinceps adhibere velis. Colloquium ad SS. PP.

### Punctum III.

Considera I. Quæ media potissimum conductant ad industriam muneris administrationem: tria principia sunt. Primum est, ut puram intentionem tam in illorum iherualis sceptione, quam continuatione habere studeas; hoc enim est in nomine Domini laxare rete, & absque hac intentione olim quereres cum Apostolis, multis annis te in officio quopiam laborasse, sed nullum aut exiguum fructum eras. Secundum est, si quas habes regulas aut directiones officium tuum à superioribus præscriptas, eas exacte observes; sic enim sperate poteris verificatum iri de te, quando viro legem divinam observante S. David PG. 1. dixerit: omnia, quæcunque facies, semper prosperabuntur. Tertium est, ut frequenter & accuratè te per examen circa officium reflectes, id est, quid profuerit, aut obsuerit, attendas & pericula, quæ occurere in illius administratione possint, prudenter prævidere, ac contra illa salubriter te communi-

ideas; hoc enim medium præ alijs salutare S. Ignatius existens est, unde tantam in rebus spiritualibus, & animabus grandis dirigendisque peritiam, felicitatemque est consecutus.

Considera II. Quād efficacia simul, & facilia sint hæc media, quāmque frequenti hactenus experientiā, copiosissimō fructu comprobata.

Considera III. An & quomodo tu hactenus ea adhibueris, non eorum illorum neglectus causa fuerit, quo minus optatum ex officijs tuis fructum reportares. Colloquium ad Christum. Vide Spinolam p. 2. med. 90. p. 2. fol. 224.

Legatur ex lib. 3. de imit. c. 47. & illa præcipue verba sibi applicentur: age, quod agis; fideliter labora in vinea mea, egoero merces tua, veniet una hora, quando cessabit omnis labor & tumultus.

### Pro 6. Die.

#### M E D I T A T I O IV.

#### DE CAVTELA OPERARII.

##### Scopus.

##### Cognitio insidiarum Daemonis, & Devitatio.

##### Punctum I.

Considera I. Parabolam de homine seminante, quam in hunc modum S. Matth. c. 13. describit: *Simile factum est regnum celorum homini, qui seminavit bonum semen in agro suo. Cum autem dormirent homines, venit inimicus eius, & superseminavit zizania in medio tritici, & abiit. Cum autem crevisset herba, & fructum fecisset, tunc apparuerunt & zizania. Accedentes autem servi patris familias, dixerunt ei: Domine, nōnne bonum semen seminasti in agro tuo? unde ergo habet zizania? Et ait illi: inimicus homo hoc fecit. Servi autem dixerunt ei: Vis imus, & colligimus ea? & ait: Non; ne forte colligentes zizania, eradicetis simul cum eius & triticum. Sinite utraque crescere usque ad mensem, & in tempore messis dicam messoribus: Colligite pri-*

Ec 4

mūm